



Litaneia Germanorum.

<https://hdl.handle.net/1874/353229>

h

ΛΙΤΑΝΕΙΑ

GERMANORVM.

BY VITANIA

GERMANORVM.

Litania, hoc est supplicatio ad deum Opt.
Max. pro Germania, habita in celebri
quadam Germaniæ urbe, in die
Cinerum.

Kyrieleison Christe eleison Kyrieleison Christe audi
Germanos

Christe exaudi Germanos.

Pater de cœlis deus
Fili redemptor mundi deus
Spiritus sancte deus
Sancta trinitas unus deus
Sancta Maria
Sancta Dei genitrix
Sancta Virgo uirginum
Sancte Michael
Sancte Gabriel
Sancte Raphael
Omnes sancti angeli
Omnes sancti beatorum spirituum ordines
Germanis

Miserere Germanorum
Miserere Germanorum
Miserere Germanorum
Miserere Germanorum
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
orate pro Germanis
orate pro Germanis

Sancte Ioannes baptista
Sancte petre
Sancte paule
Sancte andrea
Sancte Iacobe
Sancte Ioannes euangelista
Sancte thoma (Didymū, non aquinatē)
Sancte Iacobe
Sancte philippe
Sancte Bartholomæe

Ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis
ora pro Germanis

ajj

4
Sancte matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thadæe,
Sancte Matthia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,

Omnes sancti apostoli, & euāgelistæ, orate p̄ Germanis

Omnes sancti discipuli domini,

Omnes sancti innocentes,

Sancte Stephane,

Sancte Laurenti,

Sancte Vincenti,

Sancte Fabiane,

Sancte Sebastiane,

Sancte Blasi,

Sancti Iohannes & Paule.

Sancti Cosma & Damiane.

Sancti Geruasi & Prothasi,

Omnes sancti Martyres,

Sancte Syluester,

Sancte Gregori,

Sancte Martine,

Sancte Augustine,

Sancte Ambrosi,

Sancte Hieronyme,

Sancte Nicolae,

Sancte Ludouice,

Sancte Iuliane,

Omnes sancti p̄tiffices & confessores (quorum utrorūq;
perpauci fuerunt) orate pro Germanis.

Omnes sancti doctores (per hoc quod dicit sancti excipi
untur. M. N. Theologistæ) orate pro Germanis.

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

orate pro Germanis

orate pro Germanis

orate pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

orate pro Germanis

orate pro Germanis

orate pro Germanis

orate pro Germanis

orate pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

ora pro Germanis

Sancte Benedicte ora pro Germanis
 Sancte francisce ora pro immitatoribus tuis, ne
 omnia dente Theonino arrodant.
 Sancte Antoni ora pro Germanis
 Sacte dominice ora pro omnibus monachis tuis precipue
 pro lhocstrato heretice prauitatis iquisitore & syluestro
 prierati summi pontificis adulateore subtilissimo.
 Omnes sancti monachi (excipiuntur pestilentes quoru
 iam infinitus est numerus) & eremite. orate pro
 Germanis.
 Oes sancti sacerdotes & leuite & horum hodie uix unus.
 aut alter reperuntur orate pro Germanis
 Sancta maria magdalena ora pro Germanis
 Sancta agnes oro pro Germanis
 Sancta lucia ora pro Germanis
 Sancta cecilia ora pro Germanis
 Sancta agatha ora pro Germanis
 Sancta Catharina ora pro Germanis
 Sancta clara ora pro Germanis
 Omnes sancte uirgines & uidue orate pro Germanis
 Omnes sancti & sancte dei intercedite pro Germanis
 Propicius esto parce Germanis domine
 Propicius esto exaudi Germanos domine.
 Ab omni malo, libera Germanos domine
 Ab omni peccato, libera Germanos domine
 Ab ira tua, libera Germanos domine.
 A subitanea & improuisa morte libera Germanos do
 mine.
 A romanorum pontificum tyrannide, libera Germanos
 domine.
 Ab insidijs diaboli & Romanorum libera Germanos do
 mine.

Ab ira & odio & omni mala uoluntate, libera Aleandrum domine.

Ab indulgentijs pontificis, libera Germanos domine.

Ab omni superstitione & cerimonia monachorum libera Germanos domine.

A curisanis iniquis purga Germaniam domine.

A spiritu fornicationis libera Romanos domine.

A fulgure & tempestate libera Germanos domine.

A morte perpetua libera Germanos domine.

A pseudoprophetis (qui & pseudotheologi uocantur) libera Germanos domine.

Ab his qui ad nos in uestibus ouium ueniunt, intus uero sunt lupi rapaces, ganeones, intus etiam & incute nebulones, libera Germanos domine.

A terrificis pontificum bombis, bullis, ac fulminibus, protege Germanos domine.

Ab insatiabili Romanorum auaritia, claudite Germani oculos, & aperite oculos.

Per deum uiuentem, Alexander, non habet bonam mentem.

A sophistarum cauillationibus, auerte aures nostras domine.

Ab omni doctrina impia & heretica, purga scholas domine.

A questionibus impijs, arce Theologos domine.

Ab omni suspitione mala de Luthero, libera animos principum domine.

Ab omni barbarie libera ludos literarios domine.

A iugo seruitutis romane, libera ceruices Germanorum domine.

A pallijs e Roma redimedis, libera Ep̄os nostros domine

Ab annatis, libera Germaniam domine,

Ab omni mania, libera Aleandrum domine.

7
A malis & peruersis consultoribus, libera Carolum dñe.
Per mysterium sancte incarnationis tue libera Germanos
domine,

Per aduentum tuum libera Germanos domine.

Per natiuitatem tuam libera Germanos domine.

Per baptismum & sanctum ieiunium tuum libera Ger-
manos domine.

Per crucem & passionem tuam libera Germanos domine.

Per mortem & sepulturam tuam, libera Germanos dñe.

Per sanctam resurrectionem tuam, libera Germanos do-
mine.

Per admirabilem ascensionem tuam, libera Germanos
domine.

Per aduentum spiritus sancti paracliti, libera Germanos
domine.

In die iudicij, libera Germanos domine,

Germani, Te rogamus audi nos.

Vt Germanis parcas, Te rogamus audi nos.

Vt Germanis indulgeas, Te rogamus audi nos.

Vt Germanos ad ueram penitentiam perducere digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt ecclesiam tuam sanctam (non fututam illam Roma-
norum) regere & conseruare digneris, Te rogamus au-
di nos.

Vt dominiū apostolicū (non dominiū orbis terrarū) & oēs
ecclesiasticos ordines, quorū hoc tempore adeo nulli sunt
ut qui & quales fuerint ordines ecclesiastici apud ueteres,
ferme profus nesciatur in sancta religione cōseruare di-
gneris, Te rogamus audi nos.

Vt respub. & principibus Christianis pacē & ueram con-
cordiam donare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt Germanos in tuo sancto seruitio cōfortare & conserua

8 re digneris. Te rogamus audi nos.

Vt Martinū Lutherū Christianæ fidei colūnam indeici-
bilem breuī VVormatiā uenturū ab omni ueneno &
offis Venetianis custodire & conseruare digneris. Te
rogamus audi nos.

Vt animas quas theologi scolastici per suas impias concio-
nes seduxerunt ab inferis denuo redimere digneris, Te
rogamus audi nos.

Vt impios illos theologos e medio tollere digneris, Te ro-
gamus audi nos.

Vt concionatores docentes quæ non oportet, e suggestu p̄-
cipitare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt leonis decimi P. M. ferociam comperescere digneris, Te
rogamus audi nos.

Vt strenuū illū Germaniæ equitē VVrichū huttenū. M.
Lutheri Piladem. In suo bono proposito, ac prouicia p̄-
M. Luthero suscepta perseuerare facias, Te rogamus au-
di nos;

Vt confessorē regis Caroli, non ualde bene de M. Luthero
sentientem, melius erudire digneris, Te roga. audi nos.

Vt te ipsum christū lese semel crucifixum, non denuo cru-
cifigi patiaris ab hominibus impie Cristianis, Te roga-
mus audi nos.

Vt ædes quorūdam theologorū prostibula meretricū igni
succedere digneris, Te rogamus audi nos.

Vt sacerdotibus concubinarijs rursus, ut olim, uxores im-
pune cōcedere digneris, Te rogamus audi nos.

Vt aleandrum helleboro purgare digneris, Te rogamus
audi nos.

Vt nūcios apostolicos a tergo, coram, a latere & a postica
cōtra. M. Lutherum iniuste agentes principibus VVora-

9
maciæ, de cœlo tangere digneris, te rogamus audi nos.
Vt. N. Lutherum semel sine causa, nec dum auditū, dam-
natum tamē, rursus in animis piorū uiuificare digne-
ris, te rogamus audi nos.

Vt principibus Germanis iam VVormaciæ congregatis
gratiā, pacem, & misericordiam tuam tribuere digneris,
te rogamus audi nos.

Vt Carolum per ætatem nondum res arduas fidei intelli-
gentem a præcipiti iudicio conseruare digneris, te roga-
mus audi nos.

Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retri-
buas, te rogamus audi nos.

Vt animas Germanorum ab eterna damnatione eripias,
te rogamus audi nos.

Vt Itali, Lombardi, & Romani, te deum uerū esse credant,
te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, te rogamus
audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis, requiem æternam donare
digneris, te rogamus audi nos.

Vt germanos exaudire digneris, te roga-
mus audi nos.

Fili dei, Te rogamus audi nos.

Agnus dei qui tollis peccata mūdi, parce Germanis dñe.

Agnus dei qui tollis peccata mundi, exaudi Germanos
domine.

Agnus dei qui tollis peccata mundi, Miserere Germano-
rum domine.

Criste audi Germanos.

Christe exaudi Germanos.

Kyrieleison Christe eleison Kyrieleison Pater noster.

Versus. Et ne nos inducas in tentationem

Psalmus.

Deus in adiutorium Germanorum intende. Domine ad
iuuandum eos festina

Confundantur & reuereantur, qui querunt animas Ger-
manorum.

Conuertantur retrorsum & erubescant, qui uolunt eis mala.

Auertantur statim erubescences, qui dicunt euge euge.

Exultent & lætentur omnes Germani, quicumque querunt

Iesum Christum filium dei uiuū, & dicāt semper magni-

ficetur Iesus, qui diligunt salutare domini, & libertatem

Germaniæ.

Lutherus uero egenus & pauper est, deus adiuua eum.

Adiutor Germanorū & liberator Germanorum es tu, do-
mine deus ne moreris.

Gloria sit deo patri & filio & spiritui sancto. &c.

Preces.

Saluos fac Germanos seruos tuos Deus meus spirantes in te.

Esto Germanis domine turris fortitudinis, a facie Ro-
mani inimici.

Nihil proficiat inimicus Romanus in Germania. Et fili-
i iniquitatis non conetur nocere Germanis.

Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque
secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Orent Romani pro papa suo Dominus præcipitet eū de
cathedra pestilentæ & conterat caput eius, & qui seip-
sum fecit deum orbis terrarum, sit alibi diabolus diabo-
lorum in eternum Amen.

Saluos fac Germanos tuos deus meus sperantes in te.

Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eos.

Domine exaudi orationem meam Et clamor meus ad te
ueniat.

Oratio pro Romana ecclesia.

Oremus.

Deus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationē nostram, Et exaudi nos Germanos, pro Romanorum salute te suppliciter deprecantes, ut corda eorum illumines, cecitatem & ignorantiam ab eis auferas, ut perpetuas futuræ uitæ poenas esse credāt, sese in tanto luxu & fastu doctrinæ tuæ Euangelicæ contrario minime saluare posse sciāt, teq; feruentius colant, uenerentur & amēt & ut id commodius possint, expelle & erradica ab eis funditus scelera, flagitia, fraudes, dolos, impietates, abominatiōes, hæreses, blasphemias, execrandam auaritiā, innaturalissimam libidinem, ambitionem, Symoniam, cæcā cupiditatem, qua omni nationem quæ sub cælo est, libāter emulgerent, & euiscerarent, ut tandem eorum tyrannis per tot tempora in saeuita, ac in omnes terras & populos emanata cesset & intereat, sicq; tādē tibi reconciliati Germanos omnibus pie id præcantibus, te uerum crucifixum iesum Christum agnoscant & sequantur, quo cognito semperiterno tui sacratissimi uultus gaudio potiri per infinita secula mereantur, per eundem dominum.

Oratio pro Carolo Imperatore.

Omnipotens & Misericors deus, largire Carolo imperatori nostro gratiam, ut sua censura (semota procul Romanorum omnium & Cardinalium adulatione & persuasione) incontinentiam & uanitatē luxūq; & libidinē in Ecclesiam effusam, ad honorem tuum, & utilitatem ecclesiasticæ dignitatis, inq; emolumentum Christianorum in te pie creditū deponat & auferat, ut ecclesia tua per tot secula misere collapsa, priscū bene uiuēdi exemplar resumat. Per dominum nostrum iesum. &c.

F I N I S.

Tandem quaedam ad oblectandos meos lectores adhaec
 jura et a ludicris et obsecrandis viris in Stylo scriptis, an.
 noxae 1779. in 4^{to} edito libello, hanc libellum gerat:

• Modus inquirendi Pauperibus ad usum decessoriam curiae
seita dignissimus, ductus in regulis conclusivus;

ut ex ungue agnoscibilis possit, indegram austriacam
 regulam, in qua tam de hereticis, quam ipsorum libro
 cantuendis distulitur, cum cottolaris et quatuordecim
 socordibus in aucta, apponere hanc pagat: St. an.
tem... (expl. die Aug. v. 1773.) dicit vident cum Abbas. J...

Hanc, licet non sit scripta esse facile patet, hanc ha.
 meo multum ad agnoscenti moribus addere
 ex meo recum illo tempore gestatum quasi agnos.
 cert. St. an. vero libellum postmodum in hunc
 anno 1811. in 8 dedit peroratus Joan. Baptist.
in Hispaniae inquisitione et confessione
secretorum, ubi, praeter illius originem, mo.
est peroratus in fidelium religionis ritus,
massa confessorum comprehensione, totis,
rum sequestratione, audientis variis generis,
seperum publicatione et confutatione, et
libus inquirenti aliis, etiam secretorum,
captivorum vitu, et reliquis vitae infir,
diis, carcerum visitatione, sententiarum
denique publicatione et interpretatione
describitur: exemplis illustratum cum Kar.
tyram, tam articulo et regularum inquisi,
tionum in fine adpositis, et praefatione
de personis, inquisitionem hispanicam in ge,
maximam et Roboriam vicariam introducere
noticiis, praenotata. Qui libellus Philippus
Embovelis, cum vicaria inquisitionis historiam
concerneret, praestonatus fuit.

Schellhorn. t. C. 14. p. 296.

(Pauca)

In libello hanc usque inveni libellum, cuius in scriptis:
 • Praefationes quaedam solennis de arte et modo in.
 • inquirendi, quosvisque levetios, servatum consueti.
 • non R. curiae, composita a quodam legali magistro
 • nostro F. Ord. Prud. hunc dignossem libellum non fuit,
 • le vidi, plerum de tharici, nequissimamque sententiam
 • hanc... duplex mihi editis editis ad manus est...